

4, 415
1006
28

VSVMERVCTVM
MALE VTENDO NON AMITTI

1762 8

PRAESIDE
GEORGIO FRIDERICO
KRAVSIO D

INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII
ECCLESIASTICI AC SCABINATVS ASSESSORE
ORDINIS IVRIDICI
H. T. DECANO

IN AVDITORIO MAIORE

DIE XI. OCTOBRIS A. R. S. MDCCLXII

PVBELICE DEFENDET

IOANNES SAMVEL IACOBVS KVNERTVS
VITEMBERGENSIS



VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA



VSMITTELN
MALE VINDO ZONALITÄT

GEORGIO FRIDERICCO

K. R. A. S. I. O. D.

PROFESSOR TYPICO

STRENGTH OF THE TONGUE

OF THE TONGUE

OF THE TONGUE

OF THE TONGUE

OF THE TONGUE

OF THE TONGUE





§. I.

MERITO proprietario rei, cuius ususfructus penes alium est, prospiciendum censuerunt iurium nostrorum architecti, ne fructuarii, utpote qui re duntaxat uti frui debet, salva rei substantia, ^{a)} siue dolo, siue negligentia, res fructuaria aliquod capiat detrimentum, nec ius proprietarii, rem istam corrumpendo, aut imminuatur, aut plane interuertatur. Proinde diligentem rei istius curam custodiamque iniungunt fructuario leges ^{b)} nostrae, eundemque ad cautionem adstringunt, se usurum boni viri arbitratu, ^{c)} quam quidem cautionem adeo necessariam esse crediderunt, ut ne testatori quidem illam in heredis, quem ususfructum legatum pati oportet, praeiudicium testamento remittere permiserint. ^{d)} Neque dubitandum est, fructuarium, si quidem dolo, aut

A 2

lata

a) L. 1. D. de ususfructu.

b) L. 1. in fin. L. 2. D. ususfruct. quemad. cau.

c) Cir. L. 1. princ. D. eod.

d) L. 7. C. ut in possessum legator. add. SCHILTERVS Exerc. ad Pand. XVII.
§. LXV. et WERNHERVS Parr. VII. Obseru. XLIII.

lata etiam leuique culpa, in re damnum fecerit, ad illud reparandum teneri, nec ab hac obligatione, tamen si derelinquere vsumfructum velit, se liberare posse. Abscisse enim praecipit POMPONIVS, ^{e)} quod fructuarius, cum debeat, quod suo suorumque facto deterius factum sit, non sit absolendus, licet vsumfructum derelinquere paratus sit; addita ratione, quod is omne, quod diligens paterfamilias in sua domo facit, et ipse facere debeat.

§. II.

Hoc igitur extra omnem dubitationis posstrum est aleam, quod fructuarius, male vtendo detrimentum rei attrahens, contra officium suum agat, ac ea propter a proprietario ad damnum reparandum conueniri possit. At non aequae expedita videbitur altera quaestio, quam disputare constituimus, num fructuarius, qui male re vitur, eamque dolo forsitan aut negligentia deteriore facit, ius suum amittat, et idcirco a proprietario vltiore fructu rei iure possit privari? Equidem aientem sententiam in primis VLPIANI videtur sustinere auctoritas, qui, CEESI secutus iudicium, diserte docet, *fructuarium, qui non reficit, a domino vti frui prohibendum.* ^{f)} Id quod ICTI fragmentum praecipue mouit STRVVIVM, ^{g)} BERGERVM, ^{h)} aliosque complures haud incelebres Doctores, vt

^{e)} L. 65. pr. D. de usufruct. etc.

^{f)} L. 9. §. ult. D. de damno infecto.

^{g)} Exercit. ad Pandect. XII. §. 34.

^{h)} In Oecon. iur. Lib. II. Tit. III. §. 24.

propositam quaestionem affirmandam censuerint; cui opinioni quoque calculum adiecit STRYKIVS, ⁱ⁾ qui tamen non ad istud VLPiani fragmentum prouocavit, verum in eo caussae praesidium inuenisse sibi visus est, quod IVSTINIANVS ^{k)} vsufructum non utendo *per modum* et tempus finire statuit, ac POMPONIVS ^{l)} vsufructuario pedamenta et ramos ex sylua caedua non aliter sumere permisit, nisi ea lege, *vt ne fundum faciat deteriore.*

§. III.

QUANQVAM autem isthaec argumenta non omni specie carere videntur, veremur tamen, vt solida satis sint, nec contrariis maioris ponderis rationibus labefactari queant. Quod enim ad locum VLPiani ^{m)} attinet, in quo STRVVIVS, BERGERVS, alique plures, firmum aliquod opinionis suae fulcrum quaesierunt, illum quidem parum afferre praesidii putabimus, si cogitemus, Iurisconsultum non de omnimoda iuris fructuarii amissione, verum de damni saltem infecti cautione, ac missione in possessionem ob contumaciam eius, quem damni infecti nominere promittere aut satisfacere oportebat, illic tractasse. Videlicet, si ex vitio rei fructuariae damnum vereatur vicinus, aut dominus repromittere aut fructuarius satisfacere debet: alioquin mittitur vicinus in possessionem, ac fructuarium, donec caueatur, vt frui prohibet,

A 3

i) *In usu Pand. mod. Lib. VII. Tit. IV. §. 6.*

k) §. 3. l. de usufructu.

l) L. 10. D. de usufructu.

m) *Cir. L. 9. §. ult. de damno infecto.*

prohibet. Idem ius proprietario competere, ait ICtus, ut nimirum iste, si fructuarius non reficiat, mitti in possessionem, adeoque hunc vti frui prohibere possit. Atqui vero missio haec in possessionem, non penitus, nec in perpetuum iure suo priuat eum, contra quem ista impetrata est, cum, quod idem ille VLPIANVS ⁿ⁾ nos admonet, alter *ob hoc tantum missus sit, ut vice cautionis in possessione sit*, ideoque, si post modo sufficiens offeratur cautio, missum decedere rursus oporteat. Ex mente igitur ICri non omni statim iure suo excidit fructuarius in reficiendo morosus, verum saltem, quoad reficere detrectat, vti frui prohiberi potest.

§. IV.

NEQUE vero magis opinioni eorum, qui vsumfructum male vtendo amitti statuunt, patrocinatum credimus IUSTINIANVM ^{o)} eo, quod is vsumfructum *non vtendo per modum* et tempus finiri dixit. Nondum enim demonstratum illi deerunt, quod imperator hic sub modo intellexerit talem rei vsum, qualis a diligentis patrisfamilias more non est alienus. Imo vero aliam omnino IUSTINIANI mentem fuisse, vel exinde colligi potest, quia is se simul refert ad constitutionem suam, ^{p)} in qua ne verbulum quidem habetur, quod istam interpretationem suadere possit. Ne in commemorandis variis

ⁿ⁾ L. 15. §. 30. D. de damno infecto.

^{o)} §. 3. l. de usufructu.

^{p)} L. 16. C. de usufructu.

variis interpretum coniecturis de sensu istius loci Institutionum Imperatoris longi sumus, afferemus tantum, quid de hac re iudicauerit, quem acu rem tetigisse putamus, Iuriconsultus perspicacissimus, beatus HEINECCIUS. ⁴⁾ *Existimo*, inquit, *claram rem esse, ex L. 16. C. de usufruct. ubi Iustinianus sanxit, ut usufructus expiraret praescriptione X. vel XX. annorum: En tempus! Quia autem praescriptio nulla est, nisi adsit continua possessio, facile patet, usufructuarium non utendo non amittere ius suum, nisi alter rem continuo et quiete possiderit. Ergo non usus possidentis non nocet, sed talem esse oportet non usum, qui cum possessione non sit coniunctus. En modum!*

§. V.

OMNINO autem elumbe nobis videtur, quod porro STRYKIUS ⁷⁾ in POMPONII verbis ⁸⁾ sibi reperiisse visus est, argumentum. *Ex sylva caedua, inquit ICtus, pedamenta et ramos ex arbore usufructuarium sumpturum: ex non caedua, in vineam sumpturum, dum ne fundum deteriolem faciat. Sed, quaeſo, quid inde? Boni viri arbitrato uti frui adeoque fundum haut deteriolem reddere debere fructuarium, haut quiscquam negabit. Eundem quoque, si dolo aut culpa rem effecerit deteriolem, resarcire damnum teneri, in prima statim paragrapho huius opellae monuimus. An vero exinde neces-*

sario

⁴⁾ In notis ad VINNII comment. Instit. cit. §. 3. de usufructu.

⁷⁾ §. 2. citatus.

⁸⁾ L. 10. D. de usufructu.

fario consequens erit, ut is illico omni iure suo cadat? Quodsi haec illatio necessaria foret, cur, quaeso, aliae servitutes, veluti via, actus, aquagium, ceterae, non similiter amittuntur, si is, cui hae servitutes concessae sunt, contra legem servitutis quid faciat, ac abutatur iure suo, non sine detrimento praedii servientis? id quod aperte negat MARCELLVS: ^{t)} *Is, inquit, cui via vel actus debebatur, ut vehiculi certo genere uteretur, alio genere fuerat usus, videamus, ne amisit servitutem, et alia sit ejus conditio, qui amplius oneris, quam licuit vexerit, magisque hic plus, quam aliud, egisse videatur: Sicuti latiore itinere usus esset; aut si plura iumenta egerit, quam licuit; aut aquae admiscuerit aliam. Ideoque in omnibus istis quaestionibus SERVITVS quidem NON AMITTITUR: non autem conceditur plus, quam pactum est, in servitute habere.*

§. VI.

AT forsitan aliae non penitus deficere videbuntur leges, ex quibus praestari possit, ut fructuarium propter perversum rei usum iure suo cadere credamus. Sic STRUVIVS ^{u)} in AUTHENTICA, *qui rem; C. de SS. eccles.* quae ex NOVELLA CXX. c. VIII. transumpta est, aliquod probationis robur latere putavit, siquidem haec constitutio eum, qui rem ecclesiasticam, vel conductam, vel in emphyteusin acceptam, deteriorem fecerit, repellere permittit; quemadmodum etiam

ANTO-

t) L. II. princ. D. quemadm. servit. amit.

u) §. II. iam citatus.

ANTONINVS Imperator, ^{v)} hanc potestatem concedit locatori, vt expellere possit conductorem, si is male in re locata fuerit versatus. Quibus quidem argumentis legum ad huc aliud subiungit PETRVS MULLERVS, ^{x)} ex iure canonico ^{y)} petitum, cum ibi iudicer GREGORIVS, quod priuilegium omnino mereatur amittere, qui permilla sibi abutitur potestate. At enim vero exigui admodum ponderis haecce momenta esse, illico fatebimur, dummodo cogitauerimus, quod equidem haut quemquam in dubium vocaturum existimo, locationum, emphyteusium, atque priuilegiorum iura a seruitute vsusfructus multum discrepare, ideoque, iuxta vulgatum canonem, diuersorum diuersum esse debere iudicium, nec interpretationi extensiuae facile locum dandum esse in poenalibus causis, in quibus benigniorem interpretationem PAVLLVS ^{z)} GAIVS ^{aa)} et complures alii iurium nostrorum magistri sedulo commendarunt. ^{bb)}

§. VII.

QVODSI autem, vt hucdum vidimus, legum deest auctoritas, quae fructuarium perperam in re fructuaria versatum, iure suo privare permittant, quid quaeso causae erit, cur ipsis legibus hac in re duriores esse velimus? Neque enim

B

huius.

v) L. 3. C. de locato cond.

x) In not. ad SERVII Syntagm. iur. civ. Exerc. XII, §. 35. not. 4.

y) Can. LXXIII. Caus. XI. Quaest. 111.

z) L. 155. §. 2. L. 168. D. de reg. iur.

aa) L. 56. D. cod.

bb) Add. Cap. XLIX. de regul. iur. in 6to.

huiusmodi poenam effingere licebit lege profus tacente; ^{cc)} praesertim cum etiam hoc argumento sit, non placuisse istiusmodi rigorem nostrorum iurium architectis, quod illi alia ratione, puta per cautionem, de qua iam supra §. 1. dictum, prospexerint proprietario, ne is ex fructuarii suae malitia siue desidia damnum patiatur, neque, si hic nihilo secius rem fecerit deteriorum, careat opportuno reparandi detrimenti medio. Vnde recte colligit HEINECCIUS, ^{dd)} non opus esse, priuari usufructu eos, qui iure suo abutuntur, quum cautio usufructuaria tunc committatur, eoque ipso satis consultam sit proprietario: Sic quoque VLRIEVS HVBERTVS, ^{ee)} propositam attingens quaestionem: *male vendendo*, inquit, *verius est, non amitti usumfructum, quia ad hoc persequendum propriae comparatae sunt actiones, L. 13. §. 2. de usufructu. L. 1. §. 5. usufructuarius quemadm. caveat. neque poena commissi ob hanc causam ullibi exprimitur.*

§. VIII.

PRÆTEREA quoque, nisi omnia me fallunt, haut obscure, quin imo apertissime, confirmat sententiam nostram VLPIANVS, si eum, de cautione tractantem fructuaria, attente audiamus: *ff) Haber*, inquit, *stipulatio ista duas causas, unam, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur; aliam*

cc) Arg. L. 14. §. 14. D. de religiosis it. Non. II. Cap. III.

dd) In not. ad VINNII Comment. Inst. §. 3. de usufructu.

ee) In Prael. Instir. ad tit. de usufructu. §. 2.

ff) L. 1. §. 6. D. usufruct. quemadm. caveat. adde quoque praeced. §. 5. huius legis.

aliam de usufructu restituendo: quarum PRIOR STATIM COMMITTETVR, quam aliter fuerit usus, et saepius committetur; SEQVENS COMMITTETVR FINITO VSVFRVCTV. Curate hic discreuisse Iurisconsultum tempora intelligimus, quibus utraque ista cautio committitur. Siquidem alteram de usu boni viri arbitrato, *statim*, ex quo diligentis patris familias officium transgressus est fructuarius, commissam dixit, alteram de re restituenda, tunc demum, *si finitus fuerit usufructus*. Atqui vero, si ea infedisset menti Vlpiani nostri sententia, quod usufructus male utendo amittatur, qui quaeso negare potuisset, stipulationem de re restituenda peraeque statim committi, atque alteram priorem. Dum igitur tempus finiti usufructus a tempore, quo cautio de re boni viri arbitrato utenda committitur, separavit ICtus, hoc ipso manifeste factus est, usufructum non finiri male utendo.

§. IX.


CETERVM, sicut generatim negauimus, poenam priuationis in fructuarium, iure suo abutentem, legibus esse statutam: ita nec illud STRYKIO,^{gg)} aliisque, quos in partes suas vocat, legum doctoribus, dare possumus, quod illi speciatim adstruere conantur, patrem, si bonis filii male utatur, illa corrumpendo, alienando, et dissipando, ipsum usufructum amittere, et hunc ad filium redire. E quidem merito interdixit IUSTINIANVS^{hh)} patri, quicquam circa usum fructum facere, quod villo modo proprietatem posset deteriorem facere: at

B 2

amissio.

gg) Quem supra §. 2. citauimus.

hh) L. 8. §. 4. C. de bonis quae liberis.



amissionem iuris fructuarii parenti, qui boni viri arbitrato haur
 vritur, nusquam minatus est Imperator. Igitur hoc quidem
 nos, cum CARPZOVIO, ⁱⁱ⁾ largimur, a patre, si sufficientia
 bona immobilia non possideat, et suspicio probabilis dissi-
 pationis subsit, cautionem exigi, imo eidem, si idonee cauere
 nequeat, administratione bonorum filii interdicti posse, ita ta-
 men, ut fructus annui ab illo, cui bona administranda cre-
 didit iudex, patri praestentur. Hac autem ratione saluum
 manet patri ius fruendi, adempta saltem administratione.
 Neque enim huiusmodi possessionis translationem in seque-
 stem continere aliquam ipsius ususfructus priuationem, ipse
 STRYKIVS ^{kk)} alio in loco docuit. Haec de patre disputata
 similiter quoque ad maritum fructuarium paraphernorum
 vxoris suae pertinent, a quo quippe, si dissipare incipiat fa-
 cultates, nec idonee caueat, ^{ll)} vxor, constante adhuc matri-
 monio, bona illata quidem repetere potest, ^{mm)} sed recte
 submonet LVDOVICI, ⁿⁿ⁾ quod administratio
 solum, non ipsi reditus, marito sint
 auferendi.

T A N T V M

ii) *Definit. forens. Part. II. Const. X. Defn. IX.*

kk) *In Usu Pand. mod. Lib. VII. Tir. IX. §. 3.*

ll) *Vid. A LEYSER Med. ad Pand. Spec. CCCXVII. Med. II. et III. m m) L. 24. princ. D. soluto matrim. add. WERNHERI Obseru. forens. Part. X. Obs. CCLXI.*

nn) *Doctrina Pand. Lib. XXIV. Tir. III. §. 4.*



ULB Halle

3

002 671 204




A-70

B18







Farbkarte #13

B.I.G.

4, 416 1006

28

FRVCTVM
DO NON AMITTI

1762

AESIDE
FRIDERICO
VSIO D

PROFESSORE PVBLICO
PROVINCIALIS CONSISTORII
SCABINATVS ASSESSORE
S IVRIDICI
DECANO

TORIO MAIORE
BRIS A. R. S. MDCCLXII

CE DEFENDET
L IACOBVS KVNERTVS
BERGENSIS



EMBERGAE
NA GERDESIANA